328 *Nello stesso luogo* [qui quis sit, ex epistula non liquet; Sassanum intellego, cum quoniam Sassanensis Aprutina quae dicitur n. 303 in eadem epistula legitur, tum quoniam in collectaneis Procaccellianis fere gemellis titulus n. 297 huic nescio quomodo affinis collocatur Sassani] *trovata trenta anni addietro e poi dieci anni fa donata dal padrone ad un gentilhuomo abruzzese, che se la portò al suo castello* COMO 1732. — In oppido S. Marci in Sicilia MVR. (ed.) errore.

ANICIA · COMA · COMINO · FILIO · SVO
B · M · FECIT · QVI · BIX · ANN · VIII · M · III · HOR · IV
DEPOSITO · III · KAL · IANVARIAS

Como ad Mur. ms. 14 Oct. 1732, ed. 1827, 4.

329 in monasterio S. Mariae de Cadossa in valle Diani ad Montem Sanum in pila.

HEI//LOTVS FELILISSIMVS VORATERI
QV/-ELIAEE EPIDIE REBVRRI IO
FILIAE DVLCISSIMAE QVAE VIX
IT · ANNO · TRES · M · X · DIES · AT · XXCI

Filonardianus liber f. 101, in quo ipso lacero litterae quaedam evanuerunt.

XVII. ATINA (*Atena*). *Tribu Pomptina.*

Atinae Lucanae (nam fuit etiam altera Atina in Campania) nomen ponunt et lapides (n. 331. 344 cf. 345 et urbanus infra citatus) et auctores Plinius (3, 11, 98: *Atinates;* cf. 2, 103, 225: *in Atinate campo fluvius mersus post XX m. p. exit*) liberque coloniarum p. 209, ubi inter reliquas Lucanas praefecturas nominatur *Atenas*. De forma rei publicae parum constat; ad municipium ducunt *IIIIviri* (*IIIIviri quinquennales* n. 338; item Aulettensis n. 379, quem tuto ad Atinam referemus; *IIIIviri iure dicundo* n. 330. 379; *IIIIvir aedilis* n. 379), sed adsunt item in titulo licet unico n. 337 *IIviri*. Inveniuntur praeterea *aedilis* n. 330; *quaestor alimentorum* n. 330; *curator rei publicae* n. 344; *Augustales* n. 331. 333. 344; *collegium Mercurialium* n. 340. Tribum Pomptinam fuisse praeter domesticos testatur *C. Veveius C. f. Pom. Quietus Atina mil. coh. V. pr.* tituli urbani vol. VI n. 2592.

330 [=243] Atinae nuper rep. GATTA; in aedibus Deliunettis [immo de Cicchettis] ANT.; eae hodie collapsae sunt. Supra moenia ante maiorem ecclesiam MAVRVS.

AESCVLAPIO
ARAM · EX VOT
P · LATIN · LVCANVS
Q · ALiM · AED · IIII · VIR
I · D V · L · S

Gatta p. 23. 89; Como apud Mur. ms. 18, 224, ed. 141, 2; Procaccelli ms. 1735; Antonini ed. 2 (ab ed. 1 abest) 2, 116; Maurus apud Dorvillium p. 602. Pendent a communi auctore omnes, sed quem reliquis accuratius expresserit Maurus. Orell. 3980.

2 ARA Ant. — 4 Q·ALT·MAED·IIII·VIR Maur., Q·AL·MAED·IIVIR Gatta Com. Proc. Ant.

331 [=242] Atinae *nella porta della piazza* MANN.; *allato alla porta della piazza* ANT.; in caupona principis EGO.

IOVI · ET
DIS · PENATIBVS
P · NANONI · DIO
PHANTI · AVGVSTA
LES · ATINATES

Descripsi ego; recognovit Kaibel. Mannelli ms. 2, 275; Gatta Luc. ill. 1723 in adn. 2, *mem.* p. 89; Egizj *lettera al Langlet* p. 70 ed. 1750 ab Antoninio; Valletta apud Mur. ms. et ed. 1030, 4 (ex Aegyptio et Valletta); Maurus apud Dorvillium Sic. p. 602; Saxius ms. Hag.; Antonini Luc. ed. 2 (ab ed. 1 abest) 2, 116; cod. Neap. X. C. 79; Giustiniani *diz. geogr.* II p. 35. Orelli 1678.

332 Atinae *presso l'antico cimitero* PALL.; in ecclesia S. Michelis Invetriatae in latere sacristiae RIC. Ibi frustra indagaverunt IANN. et KAIBEL.

CARV///
LAR · SAC ·
D L · M

Iannelli ms. ex schedis Palladini, qui delineavit; Ricottius Potentinus dedit Kaibelio.

333 [=244] Atinae in ecclesia S. Michaelis.

A · ANTONIVS · HORVS
AEDEM · MATRI · MAGNAE
ET · PORTICVM · QVI · EST · ANTE sic
AEDEM · ET · CELLAM · SACERD
AB · SOLO · PEC · SVA · FEC
D · D
CVIVS · DEDICATIONE
DECVRIONIBVS · ET · AVGVSTALIB
ET · POPVLO · CRVSTIVM · ET · MVLSVM · DED sic

Duo exempla extant, alterum Appendicis Marcanovae Papiensis n. 6 et libri Meermanniani Lugd. publ. 213 f. 29', alterum quod Theophilus Maurus suppeditavit Dorvillio Sic. p. 603. Iam accedente auctoritate optimi testis illius constat de veritate tituli, quae priorem editionem curanti mihi dubia visa est.

8 AVGVSTALIBVS App. Meerm. — 9 CRVSTIVM traditur.

334 [=245] Atinae ad aediculam S. Antonii Abbatis ANT.; in horto ante maiorem ecclesiam MAVRVS; in caupona principis EGO.

DIVO · PI
O SEVERO
PVBLICE
D · D

Descripsi ego; recognovit Kaibel. Maurus apud d'Orville p. 601; A. S. Mazochi syll. ms.; Antonini ed. 2 (in ed. 1 deest) 2, 116. Henzen 5499 ex ed. 1.

2 SEVER/ Kaibel.

335 Atinae.

P · LICINIO
VALERIA
NO · NOBILI
SSIMO · CAES
D · D

Appendix Mazochii Papiensis n. 7.

336 [=246] in territorio Atinae Pollam versus.

. . . . *leg. leg.*
I · ADIVTRICIS · QVAES*t* · *tri*BVNO · MILI*t*
LEGIONIS · X · GEMINAE · IN · OMNIBVS
HONORIBVS · CANDIDATO · CAESARVM
TESTAMENTO · FIERI · CAVIT · EX · HS...I...

Gatta p. 88; Comus apud Mur. ms. 18, 224, ed. 850, 9; A. S. Mazochi ms.; Maurus ms. et ed. p. 601, a communi auctore omnes.

2 ADIVTRICIO Maur. — QVAESI....BVNO (DVNO Maz.) MILI Gatta Como Maz., QVAETORI (sic)·TRIBVNO MILI Maur.; ante QVAEST excidit fortasse PR. — 5 puto fuisse EX·HS ↓.

337 [=249] Atinae VORSTIVS; Atinae ad viam militarem prope tabernam meritoriam sub oppido sitam BARB. *Trovavasi nel ponte di fabbrica, che dicesi di Sulla, nel fiume Tanagro nel territorio di Diano, ora trasportata ad Atina nel palagio de 'signori Caraccioli* GATTA (1723). In aedibus principis MANN. ANT. EGO.

Q · STATIVS · Q · F · POM · GALLVS
TR · MIL · BIS · II · VIR · TER
MELENCEIA · SEX · F · POSILLA
Q · STATIVS · Q · F · POM · GALLVS · FIL
PRAEF · FABRVM · II · VIR

Descripsi ego; recognovit Kaibel. Ever. Ael. Vorstius apud Buchelium II EE 8 et Scaligerum cod. Lugd. 61 f. 174 et Gruterum 470, 9 (cf. corrig. ed. 2); schedula inserta codici Barb. 29, 20 f. 31; Mannelli Luc. ms. 2, 275; Gatta Luc. ill. 1723 in adn. 3; Valletta apud Mur. ms.; Antonini ed. 2 (in 1 deest) 2, 116; Saxius ms. Hag.; cod. Neap. X. C. 79; Albi-Rosa p. 71.